ponunt verba effitientia cõſecrationẽ ſanguinis chriſti Vñ dr Simili mõ.q̄ſi diceret.ſicut caro xp̄i ſub forma panis a xp̄o cõſecrata eſt.ꝛ omnibꝫ diſcipulis ad mãducãdũ data. Simili mõ.i. codeꝫ mõ vinũ corꝑale. Poſteaq̄ꝫ cenatũ ẽ.i.celebrata cena in eſu agni paſcalis.ſcꝫ dñs ihs. Accipiẽs et hũc p̄clarũ calicẽ.i. vinũ in p̄claro calice In ſanctas.i.ſanctificatas et venerabiles manꝰ ſuas. Item. id ẽ iterꝫ Tibi deo ſcꝫ patri oīpotẽti Grãs.i.grãꝝ actiones Agẽs.i.referens Bñdixit.i.cõſecrauit virtute diuina Dedit.i.diſtribuit diſcipulis ſuis dicẽs. Accipite ꝛ bibite ex eo oẽs Em̄ ꝑ qꝫ. Hic eſt calix ſanguinis mei.i.calix cõtinẽs ſanguinẽ meũ.ſ.q̄ ẽ cõfirmatõ ꝑmiſſionis. Noui ꝛ et̃ni teſtamẽti Miſteriũ.i.occultũ ſacramẽtũ. fidei Qui.ſ.ſanguis. Effundet ꝑ vobis ſcꝫ diſcipulꝰ meis.et ꝑ multis.ſ. in me credẽtibꝫ In remiſſionẽ peccatoꝝ.i.ad delẽdũ crimia. ¶ Vbi ſciẽdũ q̄ xp̄s calicẽ recepit reuerẽter Bñdixit tranſubſtãtiãdo euꝫ realiter Dedit diſcipulis ſuis largiter Et poſtea q̄d cẽt qd̃ dedit expoſuit veraciter. Dicit ĝ textꝰ. Simili mõ. Poſtq̄ꝫ cenauit chr̄s et corpus ſuũ dedit diſcipulis.tũc accipiẽs ꝛ hũc p̄clarũ caliceꝫ.i. vinũ et aquã in calice. Nã hic cõtinẽs ponit pro cõtento.ſcꝫ calix pro vino.in ſanctas manus que firmauerũt celos ꝛ cõſtruxerũt hoĩes vt ait iob. Ac venerabiles manus ſuas.que ab omni creatura dñt venerari.eo q̄ ab eis om̄ia benedicũtur vt a ſummo pontifice. Iteꝫ id eſt conſequẽter.gratias agẽs tibi patri ſuo.pro humani generis redemptione.que per ſanguinẽ ſuũ in craſtino effundẽduꝫ erat futura. Benedixit.i. vinũ ꝛ aquã in ſuũ ſanguinẽ cõuertit Dedit diſcipulis ſuis largiter et gratioſe dicẽs. Accipite et bibite ex eo oẽs humiliter et deuote.fideliter ꝛ virtuoſe Quod autem ſeparatiꝫ fit conſecratio corꝑis et ſanguinis xp̄i.cũ tamẽ ex p̄te contẽti ſit tãtũ vnũ et idem ſacramẽtũ.fit ideo.ad denotãdũ q̄ ſanguis chriſti in paſſione ſeꝑatus fuit a corꝑe. ☞ Nam p̄mo ſanguis ſubtilis ꝛ intercutaneus ſudorem effuſus fuit. ¶ Secundo ſanguis magis groſſus etiã intercutaneus per flagellationeꝫ extractus fuit

¶ Tertio ſanguis capitis ꝑ ſpinee corone impreſſionem.

Quarto ſanguis neruoꝛuꝫ effluxit per clauorum infixionem.

Quinto ſanguis alens cor ꝛ vitã ꝑ lancee tranſfixionẽ Et ſic totus ſanguis xp̄i in paſſiõe extractꝰ ꝛ ſeꝑatꝰ fuit a corꝑe xp̄i. Ideo in memoriã iſtiꝰ fit ſeparatim cõſecratio corꝑis et ſanguinis chriſti. ¶ Quãq̄ꝫ dixi hic eẽ ſub ſpecie panis et vini vnũ ſacramentũ rõne cõtẽti.poſſunt tñ dici diuerſa ſacramẽta.rõne ſpecieꝝ cõtinẽtium. Vñ cũ dr in cõplẽdis. Proficiãt nobis ſacramẽta.ꝛc. Ibi fit relatõ ad ꝯtinẽtia ſiue ſcãta Sꝫ cũ dr in ſingl̃ari Vt hoc tuum ſacramẽtum.ꝛc.fit relatio ad contentum et ſignificatum

¶ Dicitur in verbis premiſſis Accipiẽs ꝛ hunc preclaꝝ calicẽ Hic ſacerdos fatetur eundẽ eſſe quẽ criſtus accepit in manus ſuas· hũc et eundẽ intelligendũ eſſe nõ idemptitate metalli. ſed repſentatione miſterij· cõtinẽtem eandẽ materiã ſacramẽti ſcꝫ vinũ de gemine vi tis ¶ Subiũgit· Hic eſt calix ſanguinis mei. hec verba ſacerdos ꝓferre debꝫ cũ intentione confitẽdi ſanguinẽ Et ponit hic metaphorice cõtinẽs pro cõtento Et ẽ ſenſus. Hic ẽ calix ſanguinis mei· i. ille eſt ſanguis meus. ꝓ mundũ poculi ſalutiferi miniſtratus.

¶ Verba quidẽ ad cõſecratione calicis ꝛ ſãguinis xp̃i ꝑtinẽtia ſm albertũ iſta ſufficere vident. Hic ẽ calix ſãguinis mei. Sed· ſ. thomas vult. ꝙ hoc totũ Hic ẽ calix ſãguinis mei noui et eterni teſtamenti miſteriũ fidei· qui ꝓ vobis ꝛ ꝓ multis effundet in remiſſionẽ peccatoꝝ. ſit de forma ſãguinis xp̃i. Et illa opinio cõiter tenet ꝛ videt rõnabilioꝛ Ideo calix nõ debꝫ añ leuari niſi totũ dicat vſqꝫ ibi Hec quotiẽſcũqꝫ feceritis. Dicit itaqꝫ ſacerdos. Hic ẽ calix ſanguinis mei. q̃ſi idem et vnũ ſit cũ xp̃o. et merito Si em̃ cõicantes vnuꝫ ſunt cũ xp̃o ſicut ipe dixit. Qui mãducat meã carnẽ. ꝛ bibit meum ſanguinẽ in me manet et ego in eo. Johis. vi. Multo amplꝰ ſacerdotes cõficiẽtes ꝛ diſtribuẽtes xp̃o vniunt. Eo ꝙ hoc faciũt· dicũt et cõficiũt. ſicut xp̃s dixit. fecit ꝛ confecit. ſi ſaltim cuꝫ pura et recta intẽtiõe h̃ fecerint Quẽadmodũ legimus de quodã fratre ordinis noſtri ciſtercienſ monaſterij vualtzenſis Qui habuit ſinglarẽ gratiam in miſſa. vt et verbis intenderet ꝛ ſignis et factis que gerunt et proferunt in miſſe offitio. cui ex hoc datus eſt horuꝫ plenioꝛ intellectus. Cuꝫ em̃ in actu conſecrationis verba de forma cõſecratõnis proferre aliquotiẽs occurrit illi in mente cogitatio dei ſibi congaudẽdo Ecce nunc vnũ es cum chr̃o. chr̃s in te. ꝛ tu in illo. Affectu quoqꝫ mentis orabat Proſiciat vobis dñe ihesu chriſte. gratia in me ꝑ verã fidem ꝛ charitatẽ. ꝛ hãc beatificã vnitatẽ vt indiuiſꝰ ſemꝑ in te maneã ꝛ omnẽ lapſum fugiam mortalis culpe. ꝛ pericula euadã p̃ntis vite. iudiciũ ꝛ penã iehenne. Cui nõ defuit diuina cõſolatio. Viſum ẽ em̃ illi. ꝙ miſſam celebraret et cũ ad eadẽ verba veniret cogitatũqꝫ eundẽ replicaret. ecce videt ſe totuꝫ in hoſtia. et totũ xp̃m in ſe. ita mirabiliter vt duo corpora diuerſis ſpeciebus ꝛ lineamẽtis corꝑalibus diſtincta. eundẽ tñ locũ occuparẽt. tam in proprio ſacerdotis corꝑe q̃ꝫ in hoſtia ſalutari Nec potuit ille frater et deuotus ſacerdos. in omnibꝫ creaturis huiꝰ vnionis dignũ habere exemplũ. nec ſuffitiens documentũ. cũ nõnũq̃ꝫ ſuis p̃carꝭ fratribꝫ interloquẽdũ referret. niſi ferrũ ignitũ Modũ itaqꝫ expreſſit in eo Propriũ calorẽ et vigorẽ habꝫ ignis. hec tñ ferro cõmunicat ferrũ vero hꝫ ꝓpriã figurã ꝛ magnitudinẽ· q̃ ſimilr̃ igni nõ negatur

Sic in iſta viſione duoꝝ corporuꝫ vnus locus et duplex effigies apparebat. In qua xp̄s oſtendere voluit quó eſſet vnū in actu con/ ſecrationis cū ſacerdote. ¶ Sequit᷑ noui et eterni teſtamēti Nouū dicit᷑ reſpectu veteris teſtamēti. Eternuꝫ vero.i.ꝑpetuū a pte poſt. quia eternaliter durabit et nō reuocabit᷑. ¶ Sequit᷑ Myſteriuꝫ fidei.i.ſacramētū ſecretū fidei.qđ poteſt referri ad paſſionē ꝛ mor/ tem xp̄i.que fuit ſanctiſſimū ſacramētū ſub figura veteris teſtamē ti abſcōſum.et fide antiquoꝝ patrū ꝓcognitū.tanꝗ̄ miſteriū regal᷑ et generalis redemptionis nature humane. ¶ Sequit᷑ q̄ pro vobis et multis effundet᷑.in remiſſionē peccatorū Gloſa pro vobis ꝑſen/ tibus.et pro multis futuris effundet᷑. ¶ Sequit᷑ in remiſſionē pec/ catorū.quo ad culpā atꝙ penā eo ꝙ xp̄i paſſio ſit ſufficiens remedi um ad remiſſionē peccatoꝝ. ¶ In die paraſceues vnū ſingl᷑are agi tur hic memoratu dignū. Nā tunc in officio hoſtia cōſecrata in vi nū nō conſecratū mittitur. Hoc fit ideo.quia iſta die xp̄s tot⁹ im/ merſus erat in aquis tribulatiōis. vt figuratū fuit ione.i.vel ideo quia xp̄s in die paraſceues totaliter in ſuo ſanguine eſt madefact⁹

# Hec quotienſcūqꝫ feceritis in mei memoriam facietis.

¶ Exponitur ſic. Hec.i.hanc hoſtiam. Quotiēſcūꝙ.ſ.obtule/ ritis Feceritis.i.conſecraueritis et māducaueritis. In mei memo riam facietis.i.mortis et paſſionis memoriā habeatis. Hec verba originaliter habētur. Luce.xxij. Et ſm rationale hec clauſula tam conſecrationē corpis quā ſanguinis reſpicit. Et ideo poſt depoſi/ tum calicem debet dici

# Unde et nos memores domie tui ſerui ſed et plebs tua ſancta chriſti filij tui domini dei noſtri btē paſſi onis.nec nō ꝛ ab inferis r̄ſurrectōis ſed et in celos glorioſe aſcenſionis.

offerrimus preclare maieſtati tue.
de tuis donis ac datis hoſtiam ✠
purā. hoſtiā ✠ ſctā3. hoſtiā ✠ im-
maculatā. panē ſanctū ✠ vite eter-
ne. et calicem ✠ ſalutis perpetue

¶ Hec eſt q̄rta ps pricipalis tot⁹ canonis. in qua poſtq̄ȝ facta ē
et poſita oblatorū cōſecratio. nūc fit cōſecratoꝝ ꝯmēoratio. Et di
uidiꝛ iſta ps in tria capl'a Primū vero ſubdiuidiꝛ in tres ꝑticulas
In p̄mo ad mēoriā reuocat xp̄i paſſionez et ei⁹ reſurrectionē. ꝑ qui
bus donis gratuitis offerre ſe dicit hoſtiā purā. ⁊c. Lr̄a3 ſic ꝯſtrui
tur. Unde o dn̄e nos ſerui tui. i. nos ſacerdotes. Sed ⁊ plebs tua
ſancta. i. popul⁹ xp̄ianus tua paſſione ſanctificat⁹. ſ. exiſtēs memo
res eiuſdez xp̄i filij tui domini dei nr̄i tā btē paſſiōis. ſ. que nos bea
tificat Necnō. i. etiā Reſurrectiōis ab inferis. i. a mortuis S3 et in
celos g'loſe aſcēſionis offerrim⁹. i. immolam⁹ Preclare maieſtati
tue. i. p̄ ceteris tue clare potētie De tuis donis. ſ. gratuitis Ac datꝭ
id ē collatꝭ. ſ. nobis. Hoſtiam purā. i. purificātez atq3 ab om̄ij pctō
originali immunē. Hoſtiā ſctā3. i. ſāctificātē. ſ. ab oī pctō crimiali.
Hoſtiā imaculatā. i. ſine macula pcti venialis. Et panē ſanctu3. ſ.
exiſtentē viaticū ⁊ datorē vite eterne Et calicē ſalutis ꝑpetue. i. ine
briantē ⁊ letificātē. nos ꝑpetue in g'lia ſempiterna. ¶ Sn̄ia eſt hec.
Et ꝙ oblatiōe hui⁹ ſacrificij fieri deb3 in filij tui mēoriā. ⁊ ei⁹ mortꝭ
et paſſiōis Nos ſacerdotes ſerui dei ⁊ tota eccl'ia tua ſctā ꝯmēoran
tes. tā ei⁹ btā3 paſſiō3 quā ab inferis reſurrectiōez ⁊ g'loſā aſcēſiōez
offerim⁹ tibi de tuis donis gratuitꝭ hoſtiā purā. ¶ Dicit q̄dā ſacer-
dos Uñ ⁊ mēores. q3 ip̄e dn̄s nobis p̄ceperat vt h̄ in ſui mēoriā fa-
ceremus Idcirco tria ꝯmemorādo nobis ꝓponit eccl'ia ſc3 tā beatam
paſſionē. nec nō ab inferis reſurrectionē. ſed et in celos g'lioſa3 aſcē
ſionē q̄ꝛ p̄mū vulnerat charitatē Scdm̄ ſc3 reſurrectio. corrobo-
rat fidē. Tertiū. i. aſcēſio. letificat ſpem. Quid em̄ in nobis magis
charitatē accēdit. q̄ȝ ꝙ ꝓprio filio ſuo nō pepcit de⁹ ſ3 ꝑ nobis oibꝫ
tradidit illū Quid magꝭ in nobis fidē ꝯfirmat. q̄ȝ ꝙ xp̄s reſurrexit
a mortuis p̄mitie dormiētiū Quid in nobis magis ampliat ſpe3
q̄ȝ ꝙ xp̄s aſcēdēs in altū. captiuā duxit captiuitatē dedit dona ho
minibꝫ. vt. vbi ip̄e ē. illic et miniſter eius ſit. hec Innocentius.

¶Circa verba textus vlteriꝰ eſt notanduꝫ vbi dꝛ Nos ſui tui ꝛc .i.
ſacerdotes. qꝛ ad lraꝫ h̄ loquit̃ de miniſtrꝫ eccl'ie. ſucceſſoꝛibꝫ apl'oꝝ
vt ſunt ſacerdotes. inter quas et epūs in primitiua eccl'ia non erat
dr̄ña. Vn̄ ꝛ ſacerdotes mēores eſſe debēt qꝛ ipi celebrātes miſſam
et ſacrifitiū illud excellētiſſimū offerētes nō debēt ignoꝛare ſe hoc
ſacrifitiū laudis in mēoriā mortꝫ ꝛ paſſiōis xp̄i offerre. ꝛ a mēoria
ſua cā nūq̄ꝫ excludere. ſꝫ eā ſp̄ tāq̄ꝫ p̄ntē p̄re oclis h̄ie ¶Et ſubditur
Sꝫ ꝛ plebs tua ſcā. i. ppl's chꝛianꝰ etiā memoꝛ eſſe dꝫ tue paſſionis
qꝛ nō ſolū xp̄s pro ſacerdotibꝫ. verū etiā ꝑ tota plebe. ne periret paſ
ſus eſt ꝛ moꝛtuꝰ. iccirco et tota plebs huius amare paſſiōis mēoꝛ
eſſe debꝫ. Hec plebs ſctā dꝛ. qa ex fide et baptiſmo ſanctificata eſt.
et hec plebs vna cū ſacerdote offert Et ḡ ſacerdos dt Nos ſui Sed
et plebs tua ſctā offerimꝰ qꝛ qđ ſacerdotes agūt miniſterio . populꝰ
agit voto ¶Et ſubdit̃ xp̄i. f. t. d. d. n. Filiū dei vocat dn̄m deū noſtꝝ
qꝛ eadē intētiōe ꝛ deuotiōe a nobis ē colēdus q̄ deꝰ pater . qꝛ con
ſubſtātialis ꝛ coeternꝰ ē deo p̄ri. nō alter ſꝫ idē deꝰ noſter . et omniū
ſicut ipe docet loquēs aplis dicēs. Creditis in deū et in me credite
deū ſe in h̄ cōteſtās vt ait btūs Augꝰ ¶Subiūgit̃ offerimꝰ . p̄cla.
m . t. Maieſtas dei dꝛ p̄clara. q̄ſi p̄ aliis clara Si eñi iuſti floꝛebūt
ſicut ſol in regno p̄ris eterni. q̄ꝫto magis diuina maieſtas refulget
¶Sequit̃ de. tu. do. ac da. Scd̄m Innocētiū exponit̃ ſic Nos offe
rimꝰ tibi de. tu. do. i. de frugibꝫ ſegetū quātū ad panē. q̄ cōuerſus ē
in carnē ꝛ corpꝰ xp̄i. Ac da. i. fructibꝫ arboꝝ. quātū ad vinū. qđ ē cō
ſecratū in ſanguinē. de his inq̄ꝫ ꝛ illis offerimꝰ Hoſtiā purā ꝛc. pu
rā q̄ꝫtū ad cogitationē Sanctā quātū ad locutionē Immaculatā
quātū ad opationē. Debꝫ eñi eē offerēs purā habēs cogitationem
ſanctā locutionē. ꝛ imaculatā opationē ¶Sequit̃. Pa. ſ. vi. eter. qꝛ
eſt viaticū h̄ nos ſuſtētās ꝛ poſtea ducēs ad eternā patriā Et ca. ſa.
perpe. in q̄ ē potꝰ inebriās nos et letificās ꝑpetue. Eſt etiā xp̄s ho
ſtia pura. electos ſuos a peccatis purificās Hoſtia ſācta. i. electos
ſanctificās Hoſtia immaculata maculas nr̄as purgās Panis ſāc.
vi. eter. hoīes et angelos refitiēs Calix ſa. ꝑpe. i. ex calice ſui ſangui
nis inebriās et ꝑfundēs Et notādū q̄ ſupꝛ eucbariſtiā cōſecratā ple
niſſime fiunt quinq̄ꝫ cruces Nō ad eucbariſtiā cōſecrādā ſꝫ potius
ad dn̄ice paſſiōis mēoriā habēdā Nā q̄ꝫtū ad ordinē eucbariſtie cō
ſecrāde capl'm illud ſcꝫ Qui ꝑdie q̄ꝫ pateret̃ in fine canonis ſubiri
debuiſſꝫ q̄ꝫ q̄ꝫ in eo cōſecratiōe ꝯſumat̃ Sꝫ qm̄ ipeduiſſꝫ ordinē hi
ſtoꝛie recolēde qꝛ quicq̄d fuit geſtū in medio vel in principio recoli
tur in fine Eccl'ia prouide ordinauit. vt ordinē ſeruaret hiſtoꝛie q̄
re et verba cōſecratiōis canonis ibidem collocauit vt tam lr̄e quā
hiſtoꝛie ſuus ordo ſeruetur

Supra q̄ ꝓpitio ac ſereno vultu re-
ſpicere digneris ⁊ accepta hr̄e ſicuti
accepta hr̄e dignatꝰ es mūera pue-
ri tui iuſti abel ⁊ ſacrificiū p̄iarche
Abrahe, et quod obtulit ſummꝰ ſa
cerdos tuus Melchiſedech ſāctuꝫ
ſacrifitium immaculatū hoſtiam

¶Iſta ē ſcd̄a ꝑticula ꝑmi capl'i quarte ꝑtis. in q̄ illa cōſecrata et
oblata in ſignis ꝯmēorant̄. ⁊ petit̄ vt diuino vultu benignꝰ reſpici
ant̄ a deo et acceptent̄ Et ꝯſtruit̄ lr̄a ſic. Supra q̄. ſ. dona et data
ſ. o deꝰ, Digner͛ reſpicere ꝓpitio vultu. i. placido facie. Ac ſereno.
id eſt illuminato. Et etiam digneris habere accepta id eſt grata.
ſcilicet quātum ad offerētē Sicut dig̃tus es h̄re accepta. Mune-
ra. i. oblationes. Pueri. i. ſui tui iuſti abel ſic dicti Et ſacrifitiuꝫ. i.
holocauſtū abrahe n̄ri p̄iarhe. i. ſancti p̄ris ⁊ qd̄. ſ. ſacrificiū. Sū-
mus. i. ſupm̄ꝰ ſacerdos tuꝰ Melchi. ſic dictꝰ obtulit tibi ſcm̄ ſacri
fitiū ⁊ imaculatā hoſtiā Snīa lr̄e O deus pater clemētiſſime. nos
petimus vt digner͛ reſpicere ꝓpitiꝰ ⁊ ſāguinē xp̄i filij tui b͛ndo ca g̃
ta et accepta vt dig̃tꝰ es h̄re mūera iuſti abel. et ſacrifitia ſcti abra
he p̄iarche ⁊ melchi. ſummi tui ſacerdotis Notādū q̄ abel d̄r puer
tā a pueritia q̄ꝫ a puritate Iuxta illud Iſai. lx. ij. Ecce puer meus
dilectus quē elegi. poſui ſuꝑ eū ſpm̄ meū Abraaz d̄r p̄iarcha. non
.n. iſrahelitice plebis. ſꝫ ⁊ populi ch̄riani Illius ꝑ carnē. iſtius ṽo
ꝑ fidem Melchi. vt d̄r genes. xiiij. optulit panē ⁊ vinū in ſacrifitiū
reddēdo gratias deo de victoria abrahe in ip̄o figuratū Dicit̄ ſum
mus ſacerdos. q2 erat ſacerdos dei altiſſimi Cuius ſacrifitiū erat
acceptū deo valde Ideo ſubiungitur ſanctū et immaculatū ſacrifi
tium. Et illa verba addidit leo papa primus Et poſſunt ita refer-
ri ad ſacrifitiū melchi. qd̄ dicitur ſanctū et immaculatum propter
ſacrifitium eucharistie in ipſo figuratum

Supplices te rogamꝰ oīpotēs deꝰ.

iube hec pferri p man⁹ ſancte ãgeli
tui i ſublime altare tuū in cōſpectu
diuine maieſtatis tue vt quotquot
ex hac altari pticipatiōe. ſacroſctm̄
filij tui cor✠pus et ſan✠guinē
ſumpſerim⁹. omni bene✠dictiōe
celeſti et gracia repleamur. Per eū
chriſtum dominū noſtrum.

¶Iſta eſt tertia pticula primi capl'i quarte ptis canonis. in qua
petit effectus hui⁹ ſacramēti. qui eſt diuine gracie infuſio. Exponi
tur ſic lr̄a. O oīpotēs de⁹ nos ſupplices. i. humiles ꝛ deuoti roga/
mus. i. depcamur te. iube. i. fac ſcȝ hec vota tua Perferri. i. repñtari
Per man⁹. i. miniſteriū Sancti angeli tui. ſ. aſſiſtētis In ſublime
altare tuū. i. in totā curiā celeſtē In cōſpectu diuine maieſtatiſ tue.
id ē glie tue Vt quotqt. i. qtiēſcūq̄ nos fideles tui. Sūpſerimus
ſacroſctm̄. i. ſctm̄ corp⁹ ꝛ ſanguinē filij tui. Ex hac pticipatione. i.
cōmunione altariſ. repleamur om̄i bn̄dictiōe ꝛ gr̄a celeſti. Per eū d.
x. d. n. Snia ē. O oīpotēs de⁹. hūiliter te depcamur. iube nr̄a vota
et nr̄as orōnes. p miſteriū ſctōꝝ angloꝛ pferri in conſpectu tue di/
uine maieſtatiſ. vt oēs ex hac pticipatiōe altaris. gr̄a et celeſti bene/
dictione repleamur. Hic ſacerdos deuote inclinat ſe Et orat cācel
latis manib⁹ an̄ pect⁹ Et fcat q̄ ihs morti appropinquās incepit
depmere oclos. i. paleſſere et nigreſſere. Nec habēs vbi caput ſuū
miſerijs feſſuȝ. ꝛ ſpinea corona. ꝛ ſanguine in crinib⁹ capitis conge
lato ꝯuatū iclinaret. niſi ſup pect⁹ ſuū. offerēs ſeipm pr̄i p pctōrib⁹
¶Dicit notāter Iube hec. i. corp⁹ xp̄i miſticū. qd ē eccl'a militās ſm
alexādꝝ d hales. pferri. i. aſſociari. in ſublime altar tuū. i. i eccl'ia tri
umphātē q altare dr̄ iuxta illd leui Ignis i altari meo ſp ardebit. ꝛ
hꝯ p man⁹ ſcti ãgeli tui ꝛ p ꝟtutē ꝛ opatōꝫ xp̄i filii tui q ē magni cōſi
lij angelus. Iſa. iiij. Deinde cōcludit Per xp̄m dominū nr̄m. Vbi
nō ꝛ̄ndet. amē. q2 credit ab angelis reſponderi.

Memento etiā domine famulorū famularūq3 tuarū. N. et .N. qui nos preceſſerunt cum ſigno fidei et dormiūt in ſomno pacis Ipſis et omnibus in chriſto quieſcētib⁹ locum refrigerij lucis et pacis .ut indulgeas deprecamur. Per eundē.

¶ Hec eſt quinta pars principalis totius canonis in qua oratur pro refrigerio ꝛ glīa mortuoꝝ Et conſtruitur littera ſic. Etiā3 o dñe Memento.i.miſerere. Famulorū.i.ſuorū Famularūq3 tuarum.i.omniū tuoꝝ fideliū et eorū qui preceſſerunt nos. Cu3 ſigno .i.caractere. Fidei.i.baptiſmatis Et dormiūt.i.requieſcūt in ſomno pacis O domine nos deprecamur.i.petimus Ut indulgeas.i.tribuere digneris. Ipſis.ſ.pro quib⁹ hic oramus Et omnibus quieſcentibus in chriſto.i.qui in fide catholica deceſſerūt Locū refrigerij.i.gaudij. Lucis.i.glorie et pacis eterne. Sentētia eſt hec Omnipotens deus nos etiā rogamus ꝛ petimus te ſuppliciter. vt miſerando recorderis famulorū famularūq3 tuarū fideliu3. qui cū ſig fidei obdormierūt in ſomno pacis. Et petim⁹ vt iſtis et omnibus fidelibus defunctis in xpo locū indulgētij.locū lucis ꝛ locū refrigerij et pacis ꝑpetue largiaris.ꝑ eundē. ¶ Dicitur notāter.etiā .q.d. Memoriā viuoꝝ deuote obſuauim⁹ Nūc etiā et mēoriā defunctorū habeam⁹.iuxta illud.b.Auguſti. Nō ſunt pretermittēde ſupplicatiōes pro ſpiritib⁹ mortuoꝝ et quia aliquādo deſunt amici, parētes cognati.qui ſupplicationes pro eis effunderēt.ergo et pia mater.i.tota eccleſia.omnes defunctos ſub generali cōmemoratōe ſuſcipit tacitiſq3 eis nominib⁹ exhibet cōmemorationē. S3 nomia eorū recitētur oraten⁹ ſed in corde memoriter te cordeten⁹ ſacerdos reuoluat. Probibitu3 eſt em̄ ne alicuius in collectis miſſe. neq3 in canone.mētio nominetenus et oretenus publice fiat. q̄ pro ſe vl' ſuis miſſam comparat.ne ex h̄ ꝓſumptio auaricie ſacerdotē fallat

Nobis quoqȝ pctōrib⁹ famul̃ tuis
de multitudīe miſerationū tuaruȝ
ſperātibus partē aliq̄ et ſocietateȝ
donar̄ digneris cū ſctis tuis apl̄is
et martirib⁹ cum Johāne. ſtepha-
no. mathia. barnaba. ignatio. alle
xandro. marcellino. petro Felicita
te. perpetua. agata. lucia. agna. ceci
lia. anaſtaſia. et cū oīb⁹ ſctis tuis
intra quorū nos conſortiū. nō eſti
mator meriti. ſȝ venie qs̄ largitor
admitte. Per xp̄m dn̄m noſtrum
Per quē hec omnia dn̄e ſemꝑ bōa
creas ſancti ✠ ficas. viuifi ✠ cas.
bn̄ ✠ dicis. et preſtas nobis. Per
ip ✠ ſuȝ et cū ip ✠ ſo et in ip ✠ ſo.
ē tibi deo pr̄i oīpotēti ✠ in vnitate
ſpūſſancti. oīs honor et gl'ia. Per
omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Capitulū ſcdm quinte partis principalis ipſius canonis. in qua oratio ſecūdario iteratꝛ p viuis cū cōmemoratiōe quorūdā ſctorū prius obmiſſorū. ¶ Et cōſtruitꝛ ſic lr̄a. ſ. o omnipotēs de⁹ tu digne ris dare et cōcedere. Nobis peccatoribꝫ famulis et famulabꝫ. i. fide libus tuis Sperātibꝫ de multitudine. i. de immēſitate. Tuarū mi ſerationū. i. tue miſericordie Aliq̄ꝫ ptē et ſocietatē. i. cōſortiū | Cum tuis ſctis aplīs ꝛ martiribꝫ. ſ. cuꝫ Johē Stephano Mathia. ꝛc. et cū oībꝫ ſanctis tuis. O largitor nos q̄s. Admitte. i. adiūge nos. Intra cōſortiū. i. ſocietatē. Quorꝫ. ſ. ſanctorꝫ tuorꝫ Nō eſtimator me riti. i. nō ſm exigentiā noſtri meriti Sed venie largitor. i. ſm exigē tiam miſcōie tue. p xp̄m. d. n Per quē. ſcꝫ xp̄m. ſ. tu de⁹ creas. ſ. quā tū ad ſubſtātiā Sanctif. cas. i. ſm cauſas ſacramētales Viuificas reſtaurādo nobis vitā ſpūalē Bn̄dicis. ſ. multiplicādo nobis per hec dona gracie Et p̄ſtas. i. cōcedis nobis. Hec oīa. ſ. dona ſem per bona Per ip̄m ſcꝫ xp̄m. et cū ip̄o ꝛ in ipſo Et tibi deo patri om nipotēti. ꝛ h̄ in vnitate. ſ. eſſentie ſpūſſancti. oīs honor ꝛ gloria Per oīa ſcl'a ſcl'oruꝫ. i. eternaliter. ¶ Sentētia. Omipotēs de⁹, qui nō es eſtimator meriti. ſꝫ largitor venie. digneris nos aſſociare ſan ctis tuis. et aliq̄ꝫ ptem beatitudinis cū iſtis ſctis tuis. ſ. Johanne ſtephano. ꝛc. ꝛ cū oībꝫ ſanctis tuis digneris nobis peccatoribus de miſericordia tua ſperātibꝫ dare. per xp̄m dn̄m nr̄m. Per quem hec dona bona creas. ſanctificas viuificas benedicis ꝛ preſtas no bis Per ip̄m et cum ip̄o ꝛ in ip̄o eſt tibi deo patri oīpotēti. i vni tate ſpūſſancti. Oīs honor ꝛ glīa. p oīa ſcl'a ſcl'orꝫ Nota quando dicitꝛ Et p̄ſtas nobis. tūc corpale remouetꝛ de calice. Et ſcat q̄ velū templi ſciſſuꝫ eſt a ſummo vſq̄ꝫ deorſuꝫ. Nota q̄ calix ideo coopitꝛ corpali. quia ſanguis in calice repn̄tat corpus chriſti in ſepulchro poſitum. ſindone inuolutū. Sed hoſtia vel corpus xp̄i nō tegitꝛ. qꝛ ſignificat corp⁹ xp̄i poſitū extra ſepulchrū nondū inuolutuꝫ. Hec rationale Poſtea ſacerdos alte faciet orōnē vt populus reſpōdeat amē. dicens. p oīa ſecula ſcl'orꝫ. Et ſm Innocētiū deſignat illud q̄ xp̄s mag̃ voce clamādo emiſit ſpm̄. et qđ hic eſt finis canonis

¶ Circa finē canonis ꝛ ſequētiū breuiter ē notādū. q̄ cruces circa textū ſacri canonis nō ſp explicantꝛ eodē mō q̄ in libris ſcl'ariū no tentꝛ Nemo tn̄ ex h̄ moueatꝛ qꝛ q̄libꝫ religio ꝛ diocēſ i hijs cōſuetudi nē ſuā obſuat. eo q̄ hmōi cruces nō ſīt d̄ neceitate cōfectiōis Sꝫ dū taxat h̄ aſſignātꝛ. vt inq̄t doc. ſ. pte. iij. q. lxxxiij. ar. ij. qꝛ ſacerdos i cele bratōe miſſe vtitꝛ cruce ſigtōe ad exp̄medā paſſiōꝫ xp̄i q̄ ad crucē eſt determinata qꝛ ſi ad cōfectōꝫ canōis aliq̄d opaietꝛ p̄les p⁹ eleuatōꝫ ſiūt ſeq̄retꝛ q̄ añ earꝫ cōplectōꝫ nō eēt h̄ pfcm̄ ſacr̄m q̄ ē hereticū Cū vero vna rl̄igio p hmōi cruces aliꝛ xp̄i paſſiōꝫ p̄cōcipit aliꝛ nōnūq̄ꝫ circa verba canonis eiuſdē cruces et dr̄ũr aſſignat.

Jtaq̄ʒ in ſequētibꝰ ante ſumptionem corporis et ſanguinis chriſti alique aſſignātur orationes apud religioſos. et alique apud ſecu/lares cū hmōi potius ſuꝑaddite ſint ex deuotione. quā poſite ex ne ceſſitate obſeruat quis ſententiā approbatā cōſuetudinē et tantuʒ de illo. ꝛc

**Oremus preceptis ſalutaribꝰ moniti et diuina inſtitutione for/mati audemꝰ dicere. Pater noſter qui es in celis ſanctificetur nomen tuū. adueniat regnū tuū. fiat volū tas tua ſicut in celo et in terra. Pa nem noſtrū quotidianū da nobis hodie. et dimitte**

¶ Poſt finē canonis ſacerdos agit de cōſecratoꝝ digna prece ptione. Et diuidit̄ ſequēs materia ſimiliter in quinq; ptes. Primo premittitur dn̄ica oratio. cū eius prefatione ꝑ quā fideles ad prece ptionē huius ſacramēti diſponūtur et quodāmodo ſanctificātur. ¶ Oratio dn̄ica habet prefationē vel lectionē que cōſtruit̄ ſic. Ore mus. i. inſimul. Nos muniti. i. inſtructi Salutaribꝰ p̄ceptis. i. prece ptis domini noſtri iheſu xp̄i. aut ſalutiferis documētis. Et forma ti. i. eruditi Diuina inſtitutiōe. i. ex diuina ordinatiōe. qualiter de/bemus orare Audemus dicere. i. audacter ꝓnūciare. dn̄icā orōne Pater noſter. ꝛc. Sctūs Gregoriꝰ papa dn̄icā orationē ſuꝑ hoſtiā in altari decantādā inſtituit aſſerēs incongruū eſſe. vt ſupra eucha riſtiam diceret̄ oratio quā ſcolaſticus cōpoſuerat. et illa obmittere/tur quā dn̄s et magiſter ipē dictauerat. Et cantat̄ apud grecos a toto populo. apud nos a ſolo ſacerdote. qui ſacrificat in ꝑſona po/puli. Et capiat̄ in p̄mis beniuolētia. cū dicit̄ pater noſter ſcʒ ratiōe gn̄alis ꝓuidentie. Qui es in celis. i. beatis ſm gloriā. ¶ Sequūtur petitiones ſeptem Sāctificet̄ nomē tuū. i. vt ſanctum habeatur et glorificetur ab om̄. hꝰ. et pertinet ad gloriam dei Adueniat regnuʒ

tuū.ſ.optamꝰ vt venire poſſumus ad vitā eternā. Fiat. vo.t.ſ.in
ce.i.optamꝰ vt ex gr̄a tua ſp̄ faciemꝰ dei volūtatē.⁊ iuſte viuamus
ſicut in celo.i.in.btis Et in terra.i.terrenis perficiať volūtas tua.
Panē noſ.q̄ti.da no.hodie.i.vite neccāria.q̄tidie tribuere digneris
Quotidianū.i.q̄tidie neccāriū. Et di.n.d.n. Sicut ⁊ n.d.d.n. quo
ad offenſā ⁊ quātū ad rācorē.⁊ h̄ ē neccitatis licet quātū ad iniuri
am ⁊ ſatiffactionē nō ſit neccitatis.ꝙ quis ſp̄ dimittat primo.ſed ē
quidē ſup̄ erogatōis aut ꝑfectionis Et ne n.in.d.in.tē.i.nos ne in
duci ꝑmittas in tēptatiōes ſic ꝙ ab ipo vincamur. Sꝫ libera nos
a malo.pene et culpe.mundi et carnis Amen.i.Fiat

Libera nos q̄s dn̄e ab oībꝰ malis.
p̄teritis p̄ntibꝰ et futuris. Et interce
dēte btā ⁊ gl'oſa ſp̄ virgīe dei gēitri
ce maria et btis ap̄lis tuis petro et
paulo atq̨ andrea cū oībꝰ ſctis tuis
da ꝓpiciꝰ pacē ī diebꝰ nr̄is vt opere
midie tue adiuti. ⁊ a pctō ſimꝰ ſp̄ li-
beri et ab omni perturbatiōe ſecuri.

¶ Hic ſecundo ponit embolismos dn̄ice oȯnis in q̄ ſacerdos
meminit p̄teritoꝝ maloꝝ.⁊ grauať ꝑ p̄ns ⁊ timet futuꝝ malū. Orat
ergo vt deꝰ nos liberet ab iſtis mal' in p̄cedēti oȯne dn̄ice mēorat
Et exponit ſic. O dn̄e q̄s.i.rogamꝰ. Libera nos.ſ.hoies ī tua lau-
de exn̄tes Ab omībꝫ mal'.p̄teritis.p̄ntibꝫ ⁊ futuris ſcꝫ penalibꝫ ſup̄
nos nō iudicēdo ſicut ſup̄ egiptios.Zodomitas filios iſrahel. Et
intercedēte ꝓ nobis omībꝫ. Btā et gl'ioſa.ſ.q̄ plena gr̄a. Semp.i.
ꝑpetue Virgine dei genitrice Maria q̄ amaꝝ mare dr̄ q̄ ab illo tē
pore quo ſymeon ꝓphetauit Et tuā ipius aīā ꝑtrāſibit gladiꝰ dolo
ris.vſq̨ ad xp̄i paſſionē nūq̨ dies p̄teriit in qua iſta verba non re
uolueret ⁊ ipa amare fleret.cogitādo qn̄ fiet iſtud. Et btis ap̄lis tu-
is Et petrꝰ reſumiť ꝓpter principatū ap̄l'atꝰ Paulꝰ ꝓpter ꝓuilegiū
doctrine Andreas ꝓpter ꝓuilegiū aōris crucis Et oībꝫ ſctis tuis q̄
fuerūt in eccl'ia militāte Da ꝓpiciꝰ pacē ſcꝫ pectoris, q̄ in h̄ cōſiſtit

vt ſimus ab omĩ peccato ſinceri et liberi. et pacē tp̄is. quas ſum⁹ ab omĩ ꝑturbatiōe ſecuri. ¶ Nota hec oīo ſub ſilētio dr̄ Et ꝑt illud ſilē tiū ſabbatū in q̄ corp⁹ dñi in ſepulchro quieuit. ¶ Nota iſta oīo dr̄ emboliſm⁹. i. ſuꝑ excreſcētia eo ꝙ nihil in ea petit̄ qđ in p̄cedēti oīo ne dn̄ica petitū nō fuit nec tñ ſuꝑfluit. qꝛ ē repetitio ſeptime petitio nis Sed libera nos a malo. cum ceteris ſuperadditis

# Per eūdē dn̄m noſtrū iheſū xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus.

¶ Hic tertio ponunt̄ verba que ꝓferunt̄ qn̄ fit fractio ſpeciervū ho ſtie Et dr̄ Innocētius. ꝙ ſacerdos frangit hoſtiā in fractiōe panis dn̄m cognoſcam⁹. ſicut iſti duo diſcipuli ꝯgnouerūt quib⁹ dn̄s in die reſurrectiōis apparuit in emaus. Quo facto alta voce ſacerdos dr̄ Per oīa ſcl'a ſcl'oꝝ. Poſt ſubiūgit Pax ✠ dñi ſit ✠ ſemꝑ vobiſ ✠ cū Et facit tres cruces ſuꝑ calicē ſm̄ Inno. ad oſtendēdū ꝙ vi⁹ trinitatis animā crucifixi reduxit ad carnē. ne dereliquerit aiaꝫ ei⁹ in inferno nec carnē ei⁹ daret videre corruptionē. Poſtea chor⁹ rn̄det. Et cū ſpū tuo. q̄ſi dicat Tu nobis pacē optas. ⁊ eadē pax cū ſpū tuo maneat. q̄tinus toto ſpū diuinis miſterijs aſſiſtas. ⁊ ſpūa li gaudio plen⁹ ſtas qꝛ xp̄s cū ſalutaſſet ap̄l'os. dedit eis poteſtateꝫ remittēdi pctā dicēs Quoꝝ remiſeritis pctā ⁊c. Idcirco chorus clamat et poſtulat ab eo remiſſionē peccatorum dicens

# Agnus dei qui tollis
# Agnus dei qui tollis peccata
# Agnus dei Dona nobis pacem

¶ Vnde ſciendū ꝙ agnus dicitur ab agnon grece quod eſt piū lati ne qꝛ pi⁹ ⁊ māſuet⁹ ē Et Sergi⁹ papa inſtituit vt an̄ cōicātes agn⁹ dei a choro decātaret̄ ¶ Nota ꝙ xp̄s q̄ in ara crucis piem cogno uiſti p̄ieꝫ miſerere nobis ... Ibiq̄ꝫ pi⁹ obtulit ſe ꝓ no et m̄reꝫ. patrē ꝑ obediētiā. matrē ꝑ curam Ibiq̄ꝫ pi⁹ obtulit ſe ꝓ no bis Et iō in altaris imolatiōe ter dr̄ agn⁹ dei. i. q. d. Agn⁹ dei q̄ cog uiſti p̄ieꝫ miſerere nobis Agn⁹ dei qui agnouiſti m̄reꝫ miſerere no bis Agnus dei q̄ redemiſti mūdū dona nobis pacē. Et dr̄ notāter miſerere nobis bis. ꝓpter pctm̄ originale et actuale. Tertō dr̄ Dona

nobis.i.eccl'ie pacē in aduerſitatibꝫ Sed in miſſis defunctoꝝ dicit
ter Dona eis requiē.i.liberationē ſcȝ p̄mo a pena ſenſitiua punien
te Scd̄o liberatiōꝫ a cōſciētia ꝛ verme mordēte Tertio ab afflicti/
ua dilatiōe Poſt h̄ pacis oſculū ſacerdos miniſtris porrigit .Et h̄
fit ꝑpter p̄ceptū apl'i Salutate vos inuicē oſculo ſctō .deꝰ āt pacis
et dilectiōis maneat ſp̄ cū oībꝫ nobis In miſſa āt ꝓ defūctis nō da
tur pacis oſculū.qꝛ fideles aīe iā nō ſunt in turbatiōe hꝰ mūdi . ſed
quieſcūt in dn̄o.qꝛ dare oſculū eſt pacis et concordie ſignū Poſt h̄
mittit partē hoſtie in calicē dicens illā orationem ſequentem

**Hec ſacroſctā cōmixtio corpis ꝛ ſā
guis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.fiat mihi ꝛ oī
bus ſumētibꝰ ſalꝰ mētis et corpis ꝛ
ad vitā eternā ꝓmerēdā ꝛ capeſcen
dam preparatio ſalutaris.Amen.**

¶ Hec eſt quarta ꝑs predictoꝝ in qua ponitur ꝯmixtionis ſpecieꝝ
oīo. Et exponit̄ ſic. Hec ſacroſctā ꝯmixtio.i.ſctā ꝛ ſctificata vnio.
Corpis ꝛ ſanguinis dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i.i.ſpēꝝ panis ꝛ vini.ſub quibꝫ
cōtinet̄ corpꝰ ꝛ ſanguis xp̄i Fiat mibi ſcȝ ſacerdoti Et oībꝫ ſumē
tibꝫ.ſ.ſpūaliter Salꝰ mētis.i.aīe ꝛ corpis Et ad vitā eternā ꝓmerē
dā ꝛ capeſcēdā.i.poſſidēdā. Preparatō.i.diſpoſitō Salutariȷ.i.ſaluti
fera Amē. ¶ Nota illa oīo dȝ ſane intelligi ſcȝ. Hec ſacroſctā cōmi/
xtio.qd̄ vtiqꝫ referēdū ē ad ſpēs panis ꝛ vini.ſub quibꝫ corpꝰ chr̄i
cōtinet̄ Corpꝰ eīn chr̄i nō ē ſine ſanguine nec ſanguis ſine corpe.
et ideo nō fit ꝯmixtio corpis ꝛ ſanguinis.quia idē ſibiipſi nō com/
miſcet̄.ſed bene fit cōmixtio ſpecierū. Mixtio enim eſt mixtibiliuȝ
vnio .vt dicitur primo de generatione.

**Dn̄e ieſu xp̄e fili dī viui qui ex volū
tate pr̄is cooꝑante ſpūſctō ꝑ mor"
tē tuū mūdū viuificaſti . libera me
queſo.ꝑ hoc ſacroſctm̄ corpꝰ et ſan**

guinē tuū ꝛ a cūctꝭ iniq̄tatibꝰ meis
et ab vniuerſis malis. ꝛ fac me tuis
ſꝑ obedire mādatꝭ ꝛ nūq̄ȝ in ꝑpetu
um a te ſeparí ꝑmittas Qui viuis.
Corpꝰ et ſāguis d.n.i.x. fiat nobiſ
ſalus mētis et corpis. ꝛ r̄miſſio oīȝ
peccatorū in vitā eternā. Amen

¶ Hec eſt quinta ꝑs ſequētiū canonē. vbi ponūtur oꝛones ad ꝑceptionē ſacramēti ꝑparātes. In q̄ tria petunt. ſ. a petis liberatōne. ꝑceptoꝝ dei obeditio. ꝛ a deo nūq̄ȝ in ꝑpetuū ſeꝑatio ¶ Nota poſt illā oꝛonē Dn̄e ihu xp̄e ꝛc. celeriter dn̄ice paſſionis mēoꝛia habēda ē cū om̄i deuotōe ꝛ corde cōtrito. ꝛ ꝯſcia nō ficta. Poſt h̄ corpꝰ xp̄i ꝛ ſāguis ſumēda ſunt In q̄ quidē ſumptiōe nō expedit fieri mag̃ mora Sȝ ſacerdos breuiter et reuerēter ſe expediat; cōicando propter cordis diſtractiōȝ ꝛ mētis euagationē. ne irruētes cogitatiōes ꝑdāt deuotionē. In cꝰ figura ꝑceptū fuit i lege ꝙ agnꝰ paſcal' qui figurabat xp̄m comederet feſtināter ¶ Nota ſacerdos in q̄buſdā eccleſijs oēs ꝑtes hoſtie ſumit. ſȝ in q̄buſdā vnā ꝑtē in duas diuidit. q̄s miniſtris ſcȝ diacono ꝛ ſubdiacono porrigit. ꝛ ſic cū miniſtris cōicat. Erḡ h̄ inſinuat. ꝙ xp̄s poſt reſurrectiōȝ cū diſcipul' mā ducauit. ꝙ āt vnā ꝑtē accepit ꝛ reliq̄s miniſtris impēdit inſinuat. vt Lucas euāgeliſta cōmēorat. q: ihs accipiēs panem fregit. ꝛ ſumēs reliquū porrigebat illis. quoꝝ cor ardēs erat in via. ¶ Nota ſūmus pōtifex nō ſic ſumit eucharīſtiā ſicut ſacerdos cōis. vel alter ep̄s Nec etiā ſummꝰ pōtifex ſtatim ꝑticulā hoſtie ſubmittit in calicē. ſȝ eā poſt tertiū ſignaculū crucis ſuꝑ patenā reponit. ꝛ poſt oſculū pacꝭ ad ſedē aſcēdēs. ibiq̄ȝ cōſiſtēs maiorē ꝑtē hoſtie ſuſcipit de patena. quā diaconꝰ ſibi apportauerit de altari. quā dētibꝰ ſuis diuidēs vnā ꝑticulā eiꝰ ſumit. ꝛ aliā in calicē mittit. ꝛ de calice cū calamo haurit. Deinde alias duas ꝑticulas diſtribuit' miniſtrꝭ Diacono cū oſculo. ſubdiacono ſine oſculo. ꝛ idē ſubdiaconꝰ reſiduum ſanguinis in quē ſummꝰ pōtifex ꝑtē miſit. ſumit. Romanꝰ ḡ pōtifex ibi nō cōicat vbi frāgit. ſȝ in altari frangit et in ſede cōmunicat.

Quia xp̄s in emaus poſt reſurrectionez corā duob⁹ diſcipulis fre
git et nō māducavit. Sz in iheruſalē corā duodecim diſcipul' mā/
ducauit Aſcēdēs ꝯſedē ibi māducat ⁊ cōicat. q2 in eccl'ia militante
ſumm⁹ pontifex ē caput et vicari⁹ xp̄i. Et ideo ſublimiori loco cōi/
cat ¶ Finitis his ſacerdos ſe applicat. ad ſuſceptionē ſacroſctē ho
ſtie. Quidā de manu. quidā vero ď pathena corp⁹ xp̄i ſumūt. Qui
dā de ſiniſtra quidā de dextra. Et falſuz eſt ꝙ quibuſdā ordinibus
pro pena ſit impoſitū ꝙ aliter nō niſi de ſiniſtra recipere audeant.
Sz poti⁹ hmōi ab his tenet ex optimis ⁊ ꝯuenientiſſimis ratiōnib⁹
quas gratia breuitatis hͦ pretermittā. ¶ Tuti⁹ aūt ē de manu recipere
cū digiti poſtea in calice lauātur Qui aūt de pathena ſumūt nō la/
uāt in calice negligētiā cōmittere pñt poſt ſumptionez eucariſtie
ſacramētū ſacerdos abluit digitos ⁊ ꝓfundit. ne aliqͦd in caute re/
maneat ex cōtactu diuiniſſimi ſacri Hec aūt ablutio pōt referri ad
ablationē baptiſmi. c⁹ formā xp̄s tradidit poſt ſuā reſurrectionem
Euntes inquit in mundū vniuerſū docete oēs gētes Qui credide
rit et baptiſat⁹ fuerit ſalu⁹ erit. Sane circa maiora tutius ē agēdū
Sacerdos ꝗ ſumēs ſanguinē ꝓpter maiorē ſecuritatē ⁊ reuerentiā
calicē cū vtraqꝫ manu tenere debz. ſz in ꝓfuſiōis ſumptiōe ſufficit
altera tm̄ duob⁹ digit' alteri⁹ man⁹ adiūctis q̄ſi ꝑ hͦ innuēs. ſāgui/
nē ibi nō eſſe. Sz ſumēdo ſanguinē aliq̄ ter hauriūt ad deſignāduz
trinitatē. Aliq̄ vero quinquies hauriūt ad oſtēdēdū ꝙ quinqꝫ vici
bus tot⁹ xp̄i ſanguis ex corpe effluxit Perfuſionē vero bis recipi/
unt. ꝑ hͦ deſignās charitatē q̄ inter duos conſiſtit. Et poſt ſacramē
tū. nō eſt ſtatim ſpuendū. ſi cōmode abſqꝫ violentia nature fieri pt.
ſed poſt horā ꝯuenīēter ſpuere poteſt in loco ꝯpetēti. vbi ſputuz ne
quid pedib⁹ cōculcari Finita pceptiōe corpis et ſanguinis xp̄i. an/
tiphona ſequit. q̄ poſt cōiōnē cōcinit. q̄ cōiter cōio vocat. q2 modi/
cū poſt cōmunicatōnē cātat. et illa repñtat gaudiū apl'oꝝ de criſti
reſurrectione ſcd'm id ꝙ legit Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o Poſt hͦ
tam in fine miſſe ſacerdos ſe transfert ad dexterā pt̄e altar' (et hoc
ideo. q2 cult⁹ fidei p̄mo fuit in populo iudaico. poſt hͦ tranſiuit ad
gētes in fine vero vel circa finē tēꝑ reuertet ad iudeos ꝑ p̄dicatiōz
enoch et helie. qui cōuertūt corda patꝝ ad filios. qm̄ in dieb⁹ illis
ſaluabit iuda. ⁊ reliquie iſrahel ſalui fiant Vel ſcd'm innocē. fit gau/
dium dn̄ice reſurrectiōis et aſcenſiōis. ſicut in principio ſignificat
acceſſus ad dexterā pt̄e altaris gaudiū dn̄ice incarnatiōis Tūc di
cit orōnes que vocātur cōplēde. ⁊ orōnes dn̄t multiplicari equiter
collectis ante epl'az ꝓnūciatis. hec oratio q̄ ſacerdos p̄mittēdo ſa
lutationē exequit. eleuatis vel extenſis manib⁹. ſignificat illā bene
dictionē ſcd'm innocē. quā criſtus aſcenſurus in celū eleuatis māib⁹

legitur dediſſe diſcipulis Nam vt Lucas cōmemorat. Eduxit eos foras in bethaneā ⁊ leuatis manib⁹ benedixit eos et ferebat̄ in celū Lu. vi. Poſt illas oꝛones pandit ſalutationē nouiſſimā (qua ſcā) vel ꝑ ſe vel ꝑ miniſtros alta voce ꝓnūciat Ite miſſa ē. Repſentans illud quod dictū eſt apl'is. Viri galilei quid ſtatis aſpicientes in ce/lū. Choꝛꝰ aūt qui gratulādo rn̄det. Deo gr̄as. imitat̄ apl'os q̄ ado/rantes regreſſi ſunt in iheruſalē. cū magno gaudio Et in h̄ q̄ dicit̄ miſſa eſt. dat̄ licētia eūdi populo ad ꝓpria vt ſit ſenſus Ite ad ꝓpria miſſa eſt finita. Vel hoſtia ſalutaris deo pr̄i ꝓ vobis eſt miſſa. Vel veſtra deuotio miſſa eſt ethereis ſedib⁹ miniſterio ſanctoꝝ angeloꝝ. Unde cōciliū aurelionēſe ſtatuit. q̄ cū ad celebrandas miſſas populus chꝛianꝰ in dei noīe cōuenerit. nō ante diſcedat. quā miſſe ſolēnitas cōpleat̄. et donec ꝓnūciatū ſit. Ite miſſa eſt. ¶ Sciendum miſſa tripliciter claudit̄. ſcꝫ Per ite miſſa eſt. Bn̄dicamꝰ domino. et per requieſcant in pace. In dieb⁹ em̄ feſtiuis et gn̄aliter quando cātatur Gloria in excelſis. cōcludit̄ cū ite miſſa eſt. Et huiꝰ rō eſt. q̄ꝛ in dieb⁹ illis populꝰ in ꝑmitiua eccl'ia. ad eccl'iam cōfluebat. ⁊ quia tenebatur expectare finem miſſe. et neſciebat quādo eſſet finis. mi/niſter vertebat facieꝫ ad eos. dans eis licētiā recedendi. Sꝫ in diebus ꝓfeſtis et in ferijs quib⁹ nō cātatur. gl'ia in excelſis. miſſa con/cludit̄ cū bn̄dicamꝰ dn̄o. q̄ꝛ tunc miniſtri ⁊ ſacerdotes. quaſi ſoli ſine populo in ꝑmitiua eccl'ia miſſas dixerūt. ideo iuxta morem antiquū dicimꝰ iſtis dieb⁹ Bn̄dicamꝰ dn̄o. Specialiter in ieiunio ⁊ in aduētu dn̄i miſſa cōcludit̄ cū bn̄dicamꝰ dn̄o. etiā dn̄icis dieb⁹. ad denotādū q̄ ſi ſemꝑ dn̄o bn̄dicenduꝫ ſit. multo magis h̄ tp̄e facere debemꝰ Sꝫ q̄ꝛ ſꝑ debemꝰ manere in graciaꝝ actiōe. choꝛꝰ rn̄det vniformiter. deo gr̄as. Qui corā pp̄lo celebrāt. Ite miſſa ē dicūt ſe ad populū cōuertēdo. q̄ꝛ cū quib⁹ loquimur. ad eos faciē habemꝰ Sꝫ dicēdo Benedicamꝰ dn̄o. Sacerdos ſe etiā cōuertat cū pp̄lo et faciē vertit ad orientē vt vero orienti exalto qui illuminat omnē hominē. gr̄as referamꝰ Sꝫ miſſe defunctoꝝ claudūtur ꝑ Requieſcant in pace. Eis em̄ ꝑ totū officiū optat̄ requies ꝑcipue in principio. vt ḡ finis correſpondeat principio. miſſa claudit̄ ꝑ Requieſcant in pace Amē. i. Fiat. Iſto facto ſacerdos nouiſſimā facit bn̄ ✠ dictiōꝫ ſuꝑ populū. Et h̄ ſc̄at ſpūſſancti miſſionē in diſcipulos quē dn̄s deſcelo miſit in eos. iuxta qḋ ipē ꝓmiſit. Accipietis inquit virtuteꝫ ſuꝑuenientis ſpūſſancti in vos Sicut em̄ ſpūſſanctꝰ in nomie totius trinitatis mittit̄. eo q̄ opa ſancte trinitatis ſunt indiuiſa. Ita ⁊ ſacerdos iſtā benedictionē fecit in nomie indiuidue trinitatꝭ dicēs Bn̄dicat et cuſtodiat vos diuina maieſtas. Pater et filiꝰ et ſpūs ſctūs i Et virtꝰ et gr̄a bn̄dictiōis eiuſdē ſancte trinitatis Et cōſolatio almi ſpūs ſuꝑ populū deſcēdat. Et ſemꝑ maneat. Hec em̄ bene

dictio per verbū oris et ſignū crucis exprimitur q2 iſta miſſio ſācti ſpūs.ꝑ ſonū vehemētis aeris a celis.et per linguas igneas inotuit Ut habet Actuū primo Jn qua bñdictiōe finis habet miſſe ¶Deinde ſacerdos inclinās caput ad altare et dicit. Placeat tibi ſancta trinitas vnꝰ deꝰ obſequiū ſeruitutis noſtre Et preſta vt h̄ ſacrifitiū quod indignus oculis tue maieſtatis optuli. Sit tibi acceptabile mihiq3 et omnibꝫ pro quibꝫ illud optuli .ſit te miſerante ꝓpitiabile qui viuis et regnas deꝰ ꝑ oia ſcl'a ſcl'oꝝ. Meritis et ꝑcibꝫ iſtoruz et omniū ſanctoꝝ ſuoꝝ miſerat noſtri omnipotēs dñs amē. Sacerdos h̄ orās oſculat altare.ſeq3 ſig crucis ſignans ;vt illibata fides corpius et mentē ſp poſſideat et aīm muniat vſq3 ad obitū3 vite ꝑheunis Jn qua fidelis aīa ſociabit ſuo dilecto ſc3 deo in oſculo ſalutari.in cōiūctiōe inſeꝑabili.in charitate xpi.qñ videbimꝰ ipſum ſicuti eſt regem in decore ſuo. vbi quicq̄d vis ad nutū adeſt.quicq̄d nō vis ꝓcul deeſt.vbi erit statꝰ oim aggregatiōe bonoꝝ ꝑfectus. in ipē viuis erit noſtroꝝ deſiderioꝝ.qui ſine fine videbit et ſine faſtidio amabit.ꝛ ſine fatigatiōe laudabit. Igit ſi fidelis anima inſtar ſui ſponſi.ꝑ mētis puritatē.cordis cōpūctionē3.paſſioniſq3 chriſti deuotiſſimā meditationē.ſeſe in primis diſpoſuerit ſe ſupra ſe eleuando aſcenſiones in corde ſuo diſponendo. Nullus ꝑfecto ambigat.hoc rem dubioſam eſtimet.quin intrare poterit ꝛ videre deum deorum in ſyon. Hic quidē in ſacratiſſime miſſe miſterijs. Alibi vero facie ad faciē.q̄ viſio iuxta dictū beati iohānis.xvij.c.ē vita eterna . ad quaz nos ducere dignet.qui in hoc ſacrifitio veraciter pro totius mundi peccatis offeretur Jheſus criſtus dei filius. Qui cū patre et ſpirituſancto eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ. AMEN

¶Impreſſum in Imperiali ciuitate Argētiñ
arte ingenioſi viri Mathie Hupfuff
Anno incarnationis dñice
M.vᶜ.vij.